nian et Inscriptionem praesentem roboratoriam ad solicitam Interessati vicissim in toto referendo. Idque sub Vadio summae Decem Millium Florenorum Polonicorum per partem parti cum posteris utriusque partis ob non Completionem Contentorum Interesse praefati omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac pro re de qua principali in Contentis Interesse praefati non completa complenda citata existens memorata pars una praemissa non tenens sive eius posteri ad instantiam partis alterius praemissa tenentis et complentis vel illius succorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense ex tunc recessu superasserto quo ad tenorem spectat mediante seque in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere tendere Vadium praefactum luere Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur. Seque ac suos succores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illud terminum primum peremptorium ut et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate, pro maiori minorennitate succorum, legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ad evictorem vel alios quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem Cetera ultra proximus officii praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis terminus dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia pacis simplicibus vel triplicatis cum generibus suspensionibus, fatalibus iuris processus terrestri bello conventione ac aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Iidem mutuo se quietant.

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosi Andreas Kowalewski et Constantia de Inedzie primario dicti Generosi Alexandri Poremski ad praesens vero secundario nupturi eiusdem Generosi Kowalewski coniuges legitimi ab una et Alexander Drzewowski atque Cristina Poremska coniuges item Georgius Kozlowski et Anna Porębska itidem coniuges parte ab altera, sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iuris dictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi iurisdictioni [illegible]

604

ad Actum modernum attinet se cum successoribus ac bonis suis contra omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi et quidem suprascripti Consortes cum maritorum suorum assistentia et utroneo ad infrascripta recognoscenda consensu sese mutuo et invicem una Pars alteram cum posteris suis de omnibus contra Protestationibus Vulnerum obductionibus tam Civilibus quam Criminalibus tum Citationibus causisque et Actionibus Judiciariis ex occasione quarumvis Violentiarum damnorum iniuriarum ac offensionum ex mutuo sui Recognoscentium Actoratu et reatu ad quodvis Judicium et officium Regni sibi mutuo institutis et intentatis in quocunque puncto et gradu Juris dependentibus tum de quibusvis Decretis Condemnationibusque tam in officio praesenti Castrensi Premysliensi quam Judicio Tribunalis Regni Lublinensi obtentis earumque Condemnationum publicationibus contra vero de omnibus praetensionibus Violentiis, damnis, iniuriis inter se Recognoscentes ex quavis Causa et occasione ad diem Actus praesentis intercedentibus tum et poenis Talionum quietant emittunt dimittunt liberosque et absolutos sese perpetuo pronunciant Protestationes easdem Vulnerum obductiones, Citationes tam Civiles quam Criminales causasque et Actiones Judiciarias contra se ex quavis causa et occasione institutas et intentatas. Nec non Decreta quaevis iisdem in Causis prolata poenasque Condemnationum tam perpetuarum quam simplicium in quovis Judicio et officio Regni tam minori quam maiori Subsellii super se ab utrinque obtentas earumque publicationes si et in quantum subsecutae sunt. Tum damna Violentias iniurias ac offensiones ex quavis occasione inter se Recognoscentes ad diem Actus praesentis quovis modo intervenientes cassant, mortificant, et annihilant et pro eliminatis censent. Nihilque bonae famae sui Recognoscentium alealinique quarumvis personarum ad easdem Causas una secum Recognoscentibus sese interessantium nocere debere declarant sibi suisque posteris aliisque quibusvis personis in Causis iisdem Protestationibus Decretisque specificatis perpetuum ratione permissorum omnium imponendo silentium.

Rogalinska Dzieciolowsko et Kozlowsko Quietat de bonisque abrenuntiat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosa Constantia de Żydowie primario olim Generosi Alexandri Porębski secundario vero ad praesens Nuptiarum Generosi Andreae Rogalinski conthoralis legitima cum eiusdem mariti sui uti Tutoris Coniugalis atque Generosi Personae